Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

moyses scribit in cantico deuteronomii. furor draconum uinum eorum. et
furor aspidum insanabilis. Hii enim comedunt cibos impietatis. et uino
iniquitatis inebriantur. Dicit et apls. nolite inebriari uino in quo
est luxuria. Et in prouerbiis legimus. principes uinum non bibant. ne obli
uiscantur sapientiae et recte iudicare non possint. Vnde deceptis et
pplis et ducib principes extendit manum suam. ut inlusoribus et pes
tilentibus quales erant filii hely. Et de quibus in primo psalmo legimus
in katedra pestilentiae non sedit. De quo dicit. Ecce pestilentia de conci
lio. et egredietur cum eo contentio. quorum succensa sunt corda. ut alli
dant quos deceperint. Hoc enim iuxta lex. significant caracterim
quae non sursum leuant sed allidunt deorsum. Idcirco dicit tota nocte som
no ephraim repletus est. ostendit hereticos dormientes. lucem solis iusti
tiae non uidere. Qui enim dormiunt nocte dormiunt. quia obpressis
est sensus eorum. Et de his in psalmis legimus. Dormierunt somnum
suum. et nihil inuenerunt. Horum corda calefiunt uariis perturbatio
nibus ira. amore. auaritia. et deuorant iudices suos. ut siquid possint in
animo habere uirtutem et sensus. quibus mali discernuntur a bonis. siue
hoc dicendum. quod duces hereticorum a suis pplis deuorentur. ut quorum
domus deuorant turpis lucri gratia. ipsi deuorentur eorum assensu. omnes
hereticorum principes cecciderunt quamuis clamant ad dnm. nullus est
qui inuocet nomen eius. omnes enim qui inuocauerint nomen dni. saluus
erit. Moyses et aaron in sacerdotibus eius et samuhel inter eos qui
inuocant nomen eius. inuocabant dnm. et ipse exaudiebat eos.
Qui hereticorum reges et principes non exaudit. quia non est inter
eos qui clamet ad dnm. Ephraim in pplis ipse commiscebatur. ephrai
factus est subaneriaus qui non reuertitur. comederunt alieni robur
eius. et ipse nesciuit. sed et cani effusi sunt in eo. et ipse ignorauit.
Et humiliabitur israel in facie eius nec reuersi sunt ad dnm dm suum. et
non quesierunt eum in omnibus his. Lxx. Ephrai pplis suis commiscebatur.
ephrai factus est subaneriaus qui non reuertitur. comederunt alieni for
titudinem eius ipse autem nesciuit. et cani efloruerunt ei. et ipse igno
rauit. Et humiliabitur contumelia israel in facie eius. et non sunt re
uersi ad dnm dm suum. et non quesierunt eum in omnibus his. factum est
regnum. x. tribuum. sicut omnium nationum quia recesserunt a dno et
sicut subaneriaus panis qui non reuertitur. hoc est non agit peniten
tiam. comederunt assiriis atque chaldei. fortitudinem eius. et quicquid
uirium habere poterat. deuorauerunt. tamenque uecordiae fuit. ut

sc
sc
sc
sc superbia
sc